



S Arno à teneris annis literis operam dedit, atq; in uirum doctissimū euasit. Erat etiam omnis generis uirtutibus & singulari pietate præditus. Vnde cū Gotzualdus Herbipolensis præsul moreretur, anno 852 in eius locū omnium consensu Episcopus electus fuit. Eam uocationem S. Arno magna diligentia expediuit, atq; eruditione & uitæ innocētia reliquis exemplo extitit. Vnde Carolo Crasso & Arnolpho Cæsaribus gratissimus fuit, qui ipsius cōsilio in reb. grauissimis usi, eius Ecclesiā multis priuilegijs exornarunt. Hinc ipse Cæsarum opera adiutus templum S. Saluatoris Vvirtzburgi magnificentius multò, quàm antea fuerat, restaurat, atq; magnis solennitatibus inaugurat. In eo loco frequēs facris incumbere, atq; ut idem alij facerent, sedulò adhortatus est. Cum hoc modo per quadraginta ferè annos magna laude suam ecclesiam gubernasset, atq; Nordmanni & Zuentebaldus Morauiorū dux Cæsari repugnātes Christianos inuaderent, ipse quoq; diuinis officijs incumbens in templo ab ijs occidit. Eum ob singularem pietatē postea inter sanctos connumerarunt. Ano.

tea fuerat, restaurat, atq; magnis solennitatibus inaugurat. In eo loco frequēs facris incumbere, atq; ut idem alij facerent, sedulò adhortatus est. Cum hoc modo per quadraginta ferè annos magna laude suam ecclesiam gubernasset, atq; Nordmanni & Zuentebaldus Morauiorū dux Cæsari repugnātes Christianos inuaderent, ipse quoq; diuinis officijs incumbens in templo ab ijs occidit. Eum ob singularem pietatē postea inter sanctos connumerarunt. Ano.